


CIMELIA


o


117

kat. komp.



Cim 117






Andreas Wisnianski.
Modus Confitendi
Cracoviae 1541.
Pol.

1883. I. 161.

Scolog.

Biblioteka Jagiellońska.



VI. a. 199.



Scolog. pol. 7206




Contenta hoc Libello.

¶ Modus confitendi compositus per
Reuerendum Episcopum Andream
Hispanum sanctę Romane
ecclesię Poenitentiar
rium.

¶ Interrogationes & doctrine quibus
quilibet sacerdos debet interrogare
re suum confitentem.

¶ Canones poenitentiales per
Episcopum Ciuitatem
compositi.

¶ Casus Papales & Episcopales.



Em. 6. 174

Modus

Modus confitendi composuit per Reuerendū
Episcopum Andreā Hispanum sanctę
Romanę ecclesię Pœnitentiariū.

Quoniam omni confitenti necessarium est hanc ge-
neralem confessionem debere et facere/ cuius tan-
ta est virtus. Secundum magistrum Sententiarum.
lib. iij. di. xij. ca. v. q. innumerabilia peccata venialia
delet mortalia vera et criminalia quorū nō recordaris
tollit peccata vero que fecisti ad memoriam deducit.
Et ideo ad utilitatem mihi vere confitemi. Ego ma-
gister Andreas Hispanus Romane curie Penitentiari-
us olim Civitatis et Niacensis/ nūc vero Mega-
rensis vocatus Episcopus ordinis sancti Benedicti re-
quisitus per mihi confitentes hanc generalem confes-
sionem que quasi omnia peccata continet/ ex multis san-
ctorum patrum dictis collegi verbis brevioribus quib-
us potui q̄ diffusius in mea maiori confessione p̄cessi.
Confiteor signo sanctę crucis ante omnia dic primo.
Cōfiteor deo patri omnipotenti et Beate Marię semper
virgini/ et omnibus sanctis et tibi patri meo/ quia pec-
caui nimis ab ista hora qua incepti peccare/ vsq; ad pre-
sentem diem mortaliter/ criminaliter/ venialiter/ cogi-
tatione/ consensu/ delectatione/ deliberatione/ consilio/
locutione/ visu/ verbo/ obmissione/ et opere/ contra deū
patrē omnipotentē/ per nature infirmitatem/ cōtra filiū
dei/ per anime ignorantiam et cecitatem/ contra spiritū
sanctum per maliciam et abstinationem/ desperationem
voluntariam/ peccandi consuetudinem/ tam cupiditate
et amore inordinato/ timore servili et mundano. Et cō-
fiteor me peccasse contra deum tam locutione et cogi-
tatione/ quam opere et obmissione.

De Cogitatione.

Confiteor primo peccavi cogitatione quis videlicet carnis

Cim. 117

Confitendi.

delicias/gulas/luxurias/seculi pompas/honores et di-
uitias habere cogitavi/ et multum concupiui/ ac turpis-
sibus cogitationibus consensi/ et tam impressam ima-
ginationem in eis habui. et dilectionē ac delectationem
et multas meas cogitationes opere perfecissem/ nisi
timor et verecundia mundi me retraxissent. Corde et
animo horas meas non dixi/ nec deum laudavi/ nec de
ipso aut futuro seculo/ seu de die iudicii cogitavi/ In
his tentationes dyaboli et mundi voluntarie suscepi/ et
eis consensi/ vindictā desideravi/ et amicitias simulāter
in meis aduersariis pacēntiam non habui. In as-
fectum cordis mei transiui/ et opere perfecique quecumque
prius cogitatu facere potui. Qualitercumque cogitatione
peccavi/reddo me culpabilem/et dico meam culpam.

De Locutione.

¶ Secundo pater peccavi locutione/ quia sepius su-
perflue et inepte locutus sum. Deum meum et sanctos
eius blasphemavi/ et deum de suis operibus reprehendi
peccata mea propria defendi/ et excusavi/ in uanum ius-
savi/ et meis primis detraxi et murmuravi eorum vitia et o-
pā sinistre iudicavi/ et eos diffamaui. Jurata et pmissa
non seruaui/ sed sepe deieci et periuravi/ et multos
decepi verbis/ testimonium falsum dixi pernitiose men-
titus sum/ propinquis et familiaribus meis male dixi/ et
eos vituperavi et scandalizavi. Maioribus adulatus
fui/ et cum verbis ac mendacijs/ eorum amorem procu-
raui/ et discordias seminaui/ male consului/ et bilinguis
fui. Meipsum laudavi/ et secreta reuelavi. Indiscretus
fui/ et vota honesta non impleui. Dissolutus in visu fui
et in risu. Cantilenas de alijs feci. Verba scurrilia et
turpia dixi/ et perfidus in verbis extiti. Verba Dei ta-
cui et non docui/ non correxi proximos neque monui.
Horas meas non debite legi/ nec confessus fui. Non
comunicaui/ nec Deo meo de beneficijs acceptis de ma-
ne/ die ac nocte gratias reddidi/ nec alia sancta officia

Modus.

lingue exerceat/ sed eam ad omnia vitiosa et vana verba
larant. Qualitercunq; ego locutione peccavi reddo me
culpabilem/ et dico meam culpam.

¶ De septem peccatis mortalibus.

Et primo de Superbia.

¶ Tercio peccavi opere et operatione multipliciter/
Et primo confiteor me peccasse contra deum meum et pro
ximum/ et septem peccata mortalia commisisse. ¶ Su
perbiam enim commisi/ quia singulari excellentia alijs
preesse volui/ pomposus et presumptuosus fui/ in meis
operibus semper vanam gloriam habui/ de divitijs/ ho
noribus ac genere et nobilitate/ atq; corporis pulchri
tudine me tactavi/ et causa ipsorum alijs dominari vo
lui. Inobediens prelati extiti. Censuras ecclesie et si
nodorum non curavi/ et ypocrita fui/ rebellis et obsti
natus in inala consuetudine peccandi. Confiteri et pe
nitere seu communicare nolui. Parentes proximos et
inferiores desperi. Et meos familiares et amicos ver
bis superbis a me effugavi. Curiosus et levis in ver
bis meis fui/ ac dissolutus in risu extiti/ singularis esse
verbis et factis decrevi/ propriam voluntatem semper
adimplere volui/ peccata propria excusavi et defendi/ et
cito credidi/ et ingratus deo et hominibus de beneficijs
mihi impensis extiti.

De Avaritia.

¶ Item peccavi cupiditate et avaritia/ quia inordinate
divitias/ honores/ pecunias et beneficia concupiui
et amavi. Res alienas abstuli et retinui et dissipavi.
parcus mihi in necessariorum exhibitione/ et proximus
in elemosinarum largitione fui/ propter pecunias ho
nores et beneficia multa falsa testimonia/ falsas literas/ pro
ditiones/ adulteria/ proximorum damna/ usuras/ symo
nias/ deceptiones/ fraudes/ rapinas/ furta/ mendacia/
causas litigiosas/ iniustas et iniquas sententias/ offi

Confitendi.

cia tyrannica/ mercantias/ et aduocationes causarum iniustarū ac procuraciones/ falsos testes/ falsas literas/ peruersorum consanguineorum promotiones in dei ecclesia/ ludos fortuitos et falsa iuramenta dixi/ feci et procuravi.

De Luxuria.

Item peccavi in peccato fornicationis et luxurie/ quia delectationes et cogitationes gule et luxurie/ corporis pollutiones habui verbis luxuriosis/ tactibus/ amplexibus et osculis/ et aliquando actibus inhonestis mulieres turpiter cognoui et dilexi/ et si non opere/ tamen mente sic adulterium/ incestum/ raptum/ et peccatum contra naturam facere et exercere desideravi.

De Inuidia.

Item peccavi peccato inuidie. Nam honorem et famam ac promotionem proximi propter inuidiam destruere et impedire procuravi et de eius damno et infortunis gauisus fui/ et de eius prosperitate valde dolui/ et ipsum depreffi in quantum potui.

De Gula.

Item peccavi in peccato gule/ quia horam comedendi et bibendi sepius perueni sine siti et fame comedi et bibi/ et ebrietate me repleui/ cibum et potum ultra naturam sumpsi/ et frequenter comedi in die bibi. Sumptuosas cibaria et pocula ad delectationem carnis procuravi. Tabernas frequentavi/ et in saporibus ciborum et potuum delectationem habui.

De Ira.

Item peccavi in peccato ire. Nam meis proximis et subditis sine causa iratus fui/ propter iram me vindicavi et iniurias illatas sustinere nolui/ cum ira deum meum blasphemavi/ homines vituperavi. Nocere proximo meo in persona et in rebus suis deliberaui. Rancorem cordis servavi/ et tumorem mentis pre ira habui/ clau-

Modus

inires feci/ discordias seminavi et veniam petentibus non peperci.

De Accidia.

Item peccavi in peccato accidie. Nam bona que tenebar facere non feci nec procuravi/ mala autem que tenebar fugere non fugi/ sed plus ad illa cucurri/ et opere complevi. Panem meum laboribus non quesivi. tardus ac longus ad confitendum et penitendum de peccatis fui/ penitentiam mihi datam/ et vota promissa vel inchoata non complevi/ opus Dei neglexi. Remissus in dicendo officium divinum/ et faciendo Deo officia fugi/ et meum servitium facere ignoravi/ iniurias feci/ res meas deturpavi. In horis et divinis officiis nullam devotionem habui/ et si aliquando feci aliquod bonum/ illud cum tristitia et verecundia/ ac vano gloria peregi/ desistere me posse peccatis penitus desperavi/ et in discreto favore deo meo servitendo tantum corpus meum extenuavi/ qd sibi servare vt tenebar postmodum non potui/ ad consuetam vitam declinavi. Vota promissa non complevi/ nec ieiunia ecclesie. Qualitercuq; peccavi in his septem peccatis mortalibus/ aut in aliis quoq; eorum/ siue in aliquibus circumstantiis ipsorum peccavi/ dico meam culpam/ et reddo me culpabilem Deo et vobis.

De decem preceptis legis.

Quarto peccavi operatione/ quia decem precepta Dei mei transgressus fui opere et voluntate. ¶ Primo Deum meum ex toto corde meo non dilexi/ non timui/ nec adoravi/ nec firmam fidem nec spem in ipso/ et de ipso habui qui potius divinis auguriis sortilegis et incantationibus/ heresibus et falsis doctrinis magis quam deo meo et scripturis sacris fidem dedi/ et magis de eis confisus fui. ¶ Secundo nomen dei invanum assumpsit per os meum. Pro vili re Deum meum iuravi/ frequenter et sine causa iuramenta falsa pronuntiaui/ et

Confitendi.

super sancta euangelia iuravi sine necessitate. Simpliciter verbo credere nolui/ et per membra dei peteram/ Deum et sanctos eius negavi atq; blasphemavi. ¶ Tercio peccavi/ nam diem dominicum et festivitatis ecclesie cum orationibus/ missis et predicationibus/ et Eleemosinis non sanctificavi/ sed illis diebus debitores meos impetq; mihi debita procuravi/ familiam meam laborare feci/ temporalibus vacavi/ et mundi gaudijs/ crapulis et luxuriosis actibus magis illis diebus festiis me dedit quam alijs diebus non festiis.

¶ Quarto peccavi. Nam Patrem et Matrem meam corporales non honoravi/ nec eis in necessitatibus subveni/ sed eos ad iram provocavi. Prelatis spiritualibus et Matri mee sancte ecclesie debitas reverentias non feci/ nec eorum precepta et censuras curavi. Immo in contemptum clauum ecclesie cum excommunicatis scismaticis et hereticis participavi/ et decimas quas ecclesie tenebar dare non integre dedi. ¶ Quinto peccavi/ nam proximum meum licet non actu tñ animo et voluntate occidere voluntate ac in persona ledere et in rebus concupivi/ manus violentas in eum posui et ponere decrevi. ¶ Sexto peccavi nam mulieres conjugatas ad adulterium provocavi/ et in diversis cogitationibus per adulterium me coinquinaui. ¶ Septimo peccavi/ nam res alienas iniuste de locis sacris et non sacris abstuli/ et officium ad recipiendum bona pauperum procuravi et res alienas dominis suis non reddidi. Patrimonium crucifixi non debite expendi. nec per me ablatum vel furatum aut inuentum unquam restitui. Nec voluntates ultimas mortuorum/ et testamenta adimplevi. ¶ Octavo peccavi nam contra proximum meum ex malicia publice et occulte falsum testimonium/ falsas scripturas/ falsos testes contra eum procuravi et dixi et eius vitam et mores quantum potui denigraui/ et vituperavi/ derisiones/ vituperia ac maledi-

Modus

ctiones contra eum protuli/ et scandala procuravi.
Nono peccavi. nā proximi mei uxorem consanguineam
et sanctimoniam desideravi et in eius pulchritudine
gaussum fui/ et ad eam videndam cucurri/ et habere
quocumq; modo desideravi. ¶ Decimo peccavi/ nam
vicini agros/ domos/ Beneficia/ et bona mei proximi per
dolos/ fraudes/ violentiam et deceptiones habere con-
cupivi et contra eum causas iniustas et litigiosas mo-
vi/ verbis et factis quantum potui propter illa bona
eum rebus suis iniuste privavi/ et privare studui. In
his omnibus dico meam culpam/ et reddo me deo cul-
pabilem et vobis patri.

De quinque sensibus.

¶ Quinto pater peccavi contra deum cum omnibus
meis membris et sensibus mei corporis. Nam cum
meo capite deo et meis maioribus reverentiam non
feci. Item collum meum ad obedientiam inclinare no-
lui. Item aures ad audiendum luxuriosa verba detra-
ctiones/ cantus et instrumenta musicalia dedi. Item
oculos meos multociens coloribus deturpavi/ et im-
pudice cum eis multas mulieres ac plures vanitates
mundi respexi. Item nares meas odoribus provocan-
tibus ad vanam gloriam et luxuriam ordinaui. Item
os meum ad loquendum mendacia et blasphemias et
iniurias deputavi. Item linguam meam ad loquendū
suavia mendacia ordinaui. Item guttur meum crapula
et ebrietate replent. Item manibus meis aliena rapui.
et turpiter cum eis corpus meū et aliena membra mea ad
generationem deputata fornicationibus maculaui.
Item ventrem meum luxurie et ebrietatibus dedi.

¶ Item in lumbis meis ardorem libidinis exoptavi et
aitavi. Item in corde meo varias cogitationes et tenta-
tiones habui quas opere perfecissem nisi timor minu-
di et hominum me abstraxissent. Item genus mea Deo
meo et sanctis et maioribus ac prelatiis meis non fieri

'Confitendi.

Item cum pedibus meis ad luxuriandum/ furandum/
et sanguinem fundendum cucurri. Qualitercunq; ego
cum aliquo membro mei corporis deum offendi/ dico
meam culpam et confiteor deo et vobis.

De operibus misericordie.

¶ Serto peccaui ultimo modo obmissione. Nam cum
paupere indigente in necessitate constituto septem ope-
ra misericordie non exercui/ nam cum potui esurienti
dare panem non dedi/ et sicienti potum non prebui.
Hospitem peregrinum et errantem ad meum hospicia-
um/ et ad viam rectam non reduxi. Infirmos cum ne-
cessarijs non visitavi. Nudum vestimentis non cooperui.
Incarceratos iniuste non redemi. Mortuum derelictum
non sepeliri nec sepeliri feci. ¶ Item opera spiritus
alia ad que tenebar non adimpleui. Nam ignorantes
que sunt salutis anime non docui. Destituito enim hu-
mano auxilio et peccatori consilium non dedi. Erran-
tem et peccatorem non castigavi nec correxi. Tristem
et disolutum non confortavi/ nec mihi irascentibus et
malefacientibus non peperci. Iniurias et contumeli-
as mihi illatas patienter non sustinui/ pro saluatione
animarum amicorum et inimicorum deum non exora-
ui/ et mercedem laborum mihi seruientibus non prebui.
Qualitercunq; ego opera misericordie non impleui di-
co meam culpam et reddo me culpabilem deo et vobis.

De duodecim articulis fidei.

¶ Septimo peccaui quia duodecim articulos fidei fir-
miter non credidi nec corde et ore ad iustitiam con-
fessus fui. Immo aliquando circa ipsos et sacramenta
altaris dubitavi et fidem veram et iustam cum bonis
operibus sicut bonus et fidelis christianus non habui.
nec contra infideles et hereticos fidem meam omnino
defendi et predicavi immo errantes et arguentes con-
tra fidem libenter audivi.

Modus.

De septem sacramentis ecclesie.

¶ Octavo peccavi quia septem sacramenta ecclesie ut bonus christianus preterii et neglexi. Primo quia sum baptisatus/ et dyabolo et pompis eius ut promisi in baptismo non renunciaui. Sum confirmatus et fidem Christi ac veritatem propter timorem mundi loqui et predicare erubui et neglexi/ atq; ordinem matrimonij non honoravi nec custodivi/ ordines ecclesiasticos inde digne recepi/ et in peccato indigne eos exercui. Penitentiam pro meis peccatis et ieiunia/ orationes et elemosinas mihi iniunctas non feci. Oris confessionem et corporis Christi communionem facere et recipere neglexi. Qualitercunq; ego in septem sacramentis peccavi/ dico meam culpam.

De septem virtutibus theologicis.

¶ Nono peccavi/ quia septem virtutes theologicas servare neglexi. In me non est vera Christi fides cum bonis operibus. In me non est certa spes de futuris bonis celestibus. In me non est charitas qua super omnia diligatur deus/ atq; ut meipsum meum proximum non dilexi. In me non est prudentia/ quia actus meos/ quid quomodo/ et quando debuissim agere non feci/ et iuxta voluptatis desideria actus meos inconsulte peregi. In me non est fortitudo vera/ quia passiones interiores et exteriores viriliter pro Christo non subingant. Turpia et verecundia agere non metui. In me non est temperantia/ quia labores/ ieiunia/ et tribulationes sustinere nolui. In me non est iusticia/ quia a malo non declinaui/ sed bonum quod tenebar facere neglexi. Unicuique quod suum erat non dedi. Et propter meas utilitates bonum commune et multorum salutationem neglexi/ quicquid ego contra septem virtutes peccavi/ dico meam culpam.

De septem donis spiritus sancti.

Confitendi.

Decimo peccavi/ quia septem dona spiritus sancti non curavi. In me non est sapientia ad divina contemplanda. In me non est intellectus ad nouissima mortis mee/ et penas inferni ac diem iudicii considerandum. In me non est consilium ad bonum eligendum et malum reprobandum. In me non est scientia ad meipsum et acta mea recognoscendum. In me non est fortitudo ad tentationibus et tribulationibus ac malis cogitationibus resistendum. In me non est timor dei ad malum fugiendum et salutem anime querendum. Qualitercumque ego in his peccavi dico meam culpam.

De duodecim fructibus spiritus sancti.

¶ Undecimo peccavi/ quia duodecim fructus spiritus sancti scienter neglexi. In me non est charitas nec gaudium in dei seruitio nec pax cum proximo nec patientia in aduersis nec longanimitas in diuini seruitijs/ nec bonitas vite mee/ nec benignitas erga proximum/ nec modestia in gestu et habitu ac operibus meis/ nec mansuetudo in turbationibus/ nec humilitas in operibus nec veritas in verbis et locutionibus nec continentia/ nec castitas in meis affectionibus. Sed grauius peccavi contra predicta/ sicut equus et mulus quibus non est intellectus. De his omnibus et singulis dico meam culpam.

De octo beatitudinibus.

¶ Duodecimo peccavi/ quia secundum octo beatitudines euangelicas vivere ut Christi seruum decet neglexi easque omisi. Primo paupertatem voluntariam cum spirituali intentione non habui. Secundo mitis et mansuetus in persecutionibus et iniurijs mihi illatis non extiti. Tertio peccata mea non desenti/ nec cum illa contritione qua debui ad hanc confessionem accessi. Quarto iuste vivere non studui/ sed in peccatis assueui fui/ benefacere/ ieiunare et orare neglexi. Quinto mihi misericors et alius non fui ac bona ecclesiastica mihi com-

Modus

missa pauperibus dispersi. Sexto mundo corde quoad deum et proximum per bona exēpla non vixi/ sed duplici animo in factis et verbis ypocrita extiti. Septimo pacificus non fui/ sed propter ambitionem beneficiorum et honorum temporalium discordias seminavi ac scismata feci. Octavo quia non propter christum persecutiones et maledictiones hominum sustinui/ sed quando potui me vindicaui. Quandocumque qualitercumque ego infelix peccator peccavi contra octo beatitudines et contra omnia predicta et singula/ et eorum circumstantias scienter vel ignoranter/ dormiendo vel vigilando/ reddo me culpabilem et dico meam culpam et peto a deo meo indulgentiam/ et a vobis patre absolutionem et penitentiam. ¶ Septem peccata mortalia continentur in septem literis huius dictionis Saligta. ¶ Quinq; sensus sunt. Visus Odozatus Auditus Gustus et Tactus.

¶ Item decem pręcepta domini patent per hos versus. Unum crede deum/ nec iures vane per ipsum. Sabbata sanctifices/ habeas in honore parentes. Non sis occisor/ fur/ mechus/ testis iniquus. Alterius nuptam/ nec rem cupias alienam. Et de his omnibus peccatis quaelitercumque fui transgressus dico meam culpam et confiteor deo et vobis/ et peto a deo meo veniam et a vobis absolutionem et penitentiam. Ideoque precor beatissimam virginem Mariam et sanctos apostolos dei Petrum et Paulum et omnes sanctos et te patrem orare pro me ad dominum Iesum christum ut parcat mihi omnia peccata mortalia criminalia et venalia: oblita et neglecta et per me confessa et que libenter confiterer si eorum memoriam haberem/ et que a tempore quo incepti vivere usque ad presentem diem cogitavi dixi et feci et bona opera que debebam facere obmisi. Et conferat mihi gratiam ut in posterum consimilia peccata non faciam: et concedat mihi bonum finem vite mee/

Confitendi.

ac perseverantiam in bonis operibus et hanc animam
meam ad celestem gloriam perducatur/ vosq; patrem me-
um requiro ex parte dei patris omnipotentis/ et san-
ctorum apostolorum Petri et Pauli/ et sancte Romane
ecclesie/ et clauum auctoritate quatenus me absolua-
tis ab omnibus meis peccatis et delictis confessis/ ne-
glectis et oblitis/ et a peccatis mortalibus commissis
obmissis et venialibus et a quibuscunq; alijs delictis
peccatis et a penis alijs inferni et purgatorij quas pro
his peccatis merui. Item si sum excommunicatus/ in-
terdictus aut suspensus a iure vel ab homine/ aut si fui
aut essem irregularis/ suspensus aut interdictus/ aut
si participanti ignoranter vel scienter excommunicatis
supplicor humiliter quatenus me in forma ecclesie ab-
soluere participatione fidelium christianorum restitua-
re dignemini. Item qui quis facit confessionem non
integram/ ita q; pretermittat aliqua peccata scienter ta-
li no dimittuntur peccata propter illud peccatum quod
scienter obmisit/ quia impossibile est q; deus dimittat
vnum peccatum sine reliquo. Ergo multominus pre-
sbyter/ qui est minister dei/ dimittere potest vnum sine
reliquo. Et talis sic omittens scienter vnum peccatum
tenetur omnia peccata prius confessa de nouo confite-
ri. Secus est si ignoranter/ vel propter aliquam spe-
cialem causam/ tunc non tenetur confiteri/ nisi quando
confessor non habuit potestatem absoluendi ab alijs
peccatis/ vel fuit ignorans et sine scientia sacre scriptu-
re/ vel si confitens non compleuit seu facere neglexit pe-
nitentiam sibi iniunctam. In his quatuor casibus te-
netur iterato confiteri omnis homo.

Sequitur oratio post confessionem.

Omnipotens sempiterne Deus misericordissime/
qui venisti peccatores redimere/ peto te per dul-
cissimum sacramentum corporis et sanguinis tui mys-
terium/ vt in huiusmodi indulgentiam et remissionem

Modus.

omnium peccatorum meorum preteritorum/presentium
 ⁊ futurorum/ vt dignam agere valeam penitentiam.
 et in bonis operibus perseverantiam habeam/ ac toto
 corde te diligere valeam/ ⁊ que tibi placita sunt tota
 dilectione perficere/ et te puro corde meditari/ et post
 hanc vitam nūquam a te separari. Amen. ¶ Quiso te
 confitens/ quatenus in quolibet puncto ac clausulis hu-
 ius confessionis/ que multam sententiam omnium cir-
 cumstantiarum peccatorum continent/ reducas te ad
 teipsum/ ⁊ satage recordari si fecisti aliquo tempore in
 speciali aliquod peccatum consimile ⁊ statim illud con-
 fiteri cum suis circumstantijs/ que sunt quantitas qua-
 litas serus/conditio/locus/causa/tempus/intentio/mo-
 ra/dignitas/tentationis ⁊ operationis modus. Hec sunt
 seruanda ⁊ cunctis confitentibus insinuanda.

¶ Hec sunt querende a penitentibus circumstantie.
 Quis/quid vbi/per quos/cum quibus/ cur/ quomodo/
 quorrens ⁊ quando/etas/forma/locus/ordo/sapientia.
 tempus/serus/conditio/causa/intentio/mora/euentus
 ⁊ persona ac corporis ⁊ tentationis modus. ¶ Hec
 sunt medicamina quibus curatur confessio vera. Sic
 simplex et humilis/ seruens/ pura ac fidelis/ vera/fre-
 quens/nuda/discreta/libens ⁊ verecunda/ secreta ⁊ in-
 tegra/lachrymabilis/accelerata/frequens et accusans/
 ac se puniri paratus.

¶ Propter multos ignorantes confessores/ vt doce-
 ant qualiter debeant in forma debita ecclesie/ eis con-
 fitentes absolvere. Ego Episcopus Megarensis mi-
 nor penitentionarius/addidi formam absolutiōis huic
 cōfessionī mee superius descripte sic/posita manu super
 caput confitentis dicat confessor. Misereatur nostri
 deus:rc. Quibus finitis dicat. Dominus noster Iesus
 Christus/qui habet potestatem plenariam te absolvendi
 ipse te absoluat. Et ego auctoritate ipsius/ et sanctorum
 apostolorum Petri et Pauli et sancte Matris ecc

Confitendi.

clesie/ et auctoritate mihi cōmissa in hac parte quan-
tum possum/ et debeo te absoluerē/ te primo absoluo a
vinculo excommunicationis minoris iuris vel hominis
si quid incurristi. Absoluo etiam te a participatione ex-
communicatorum si indiges/ ac eadem auctoritate te
absoluo ab omnibus peccatis tuis mortalibus/ crimina-
libus mihi confessis/ absoluo te etiam ab omnibus alijs
peccatis oblitis/ confessis et non confessis/ commissis/
obmissis ac neglectis quantum possum et debeo/ in vir-
tute passionis domini nostri Jesu Christi/ et in nomine
patris et filij et spiritus sancti. Amen. Et ipsa passio do-
mini nostri Jesu Christi/ et merita omnium sanctorum
et sanctarum/ et passionis sanctorum martyrum et suffra-
gia militaris ecclesie/ et remissiones eiusdem ac indul-
gentie/ orationes et peregrinationes/ et bona quęcumq;
fidelium christianorum quorūcumq; et ieiunia/ eleemo-
sine et opera misericordie que fecisti et facis/ ac pro-
ponis facere/ et quicquid tribulationis pacienter susti-
nueris/ totum tibi confero in satisfactionem huius pen-
nitentie tibi per me inuncte/ et ad perfectum et auri-
lium remissionis omnium peccatorum tuorum/ et libe-
rationis penarum tuarum inferni et purgatorii quas
pro eis meruisti/ et ad acquisitionem gratie in presenti/
et vite eterne in futuro seculo. Amen.

Finit Confessio.

Interrogationes & doctrine quibus quilibet sa-
cerdos debet interrogare suum confitentem.

¶ Hic sunt multa utilia pro confessoribus ad
introducendum gentes simplices.

¶ Primo qualis debet esse confessor.

¶ Quomodo confessor docebit suum confitentem.

¶ Qualiter confessor confortabit suum penitentem.

¶ Quomodo confessor ordinet confessionem.

Modus.

- ¶ Que sunt per confessorem cavenda.
- ¶ De inquisitione confessoris ad confitentem.
- ¶ De modis querendi circa quodlibet peccatum.
- ¶ De querendis circa precepta legis.
- ¶ De querendis circa peccata mortalia.
- ¶ Que vota sunt tenenda et que non.
- ¶ Que iuramenta sunt seruanda:
- ¶ Quibus confessor debet prohibere ne ipsi recipiant corpus Christi.
- ¶ Qualiter confessio est facienda.

Qualis debet esse confessor.

- ¶ Primo debet esse dulcis in corrigendo.
- ¶ Secundo prudens in instruendo.
- ¶ Tertio pius in puniendo.
- ¶ Quarto affabilis in interrogando.
- ¶ Quinto suavis in consulendo.
- ¶ Sexto sit discretus penitentiam iniungendo.
- ¶ Septimo sit mutus confitentem audiendo.
- ¶ Octavo sit benignitas in absoluendo.

Vnde versus.

Confessor dulcis/prudens/pius/affabilisq.
Suavis discretus/mutus sit quoq; benignus.
Hec octo tibi precipiunt quia iura/teneto.

Quomodo confessor docebit confitentem.

¶ Primo confessor recipiat benigne et gratiose confitentem dum venit. Item faciat confitentem esse iurata latus suum. Item dicat q; confiteatur vicario Christi. Item dicat ei q; signet se signo crucis dicendo. In nomine patris et filij et spiritus sancti. Amen.

Quomodo confessor confortabit confitentem.

¶ Primo ostendet q; Christus mortuus fuit pro nobis peccatoribus. Item q; ipse est pius et misericors. Item q; sibi indulgebit si confiteatur. Item quod sanctus Petrus negavit Christum. Item quomodo sanctus

Confitendi.

ctus Paulus persequebatur Christum. Item quod sanctus Dauid fecit homicidium. Item de peccato Beate Marie Magdalene. Item de Cananea capta in adulterio. Et tamen isti omnes sunt sanctificati/ quia penituerunt et confessi sunt. Item qd melius est detegere peccatum suum in hoc mundo vni sacerdoti/ quam coram omnibus in alio mundo/ et cum hoc perpetuo damnari.

Quomodo confessor ordinet confessionem.

¶ Primo audiat confessionem generalem / deinde audiat confessionem specialem. Primo de quinq; sensibus corporis. Deinde de septem peccatis mortalibus. Item de decem preceptis sacre legis. Item de duodecim articulis fidei. Item de septem sacramentis ecclesie. Item de septem operibus misericordie corporalibus et spiritualibus. Item de confessione non debite facta. Item de penitentis non debite completis. Item de participando cum excommunicatis.

Quę sunt cauenda per confessorem.

¶ Primo caueat confessor ne querat de peccatis singulariter/ sed in generali. Item non querat confessor cumquo vel cum qua confitens peccauerit. Item caueat ne vituperet confitentem / nec eum reprehendat vsq; ad finem. Item non respiciat confitentem in facie. Item nihil interroget donec compleuerit. Item non petat a confitente/ quis fecit te peccare/ quia nullū debet accusare.

De inquisitione confessoris erga confitentem.

¶ Primo querat si sciat. pater noster. Ave Maria. Credo in deum et articulos fidei/ et decem precepta legis/ et si nesciat/ precipiat ei qd addiscat. Item querat ab eo si sit excommunicatus. Item si compleuerit suas penitencias. Item si habeat rancorem contra aliquem. Item si vere penitet de suis peccatis. Item si dimis

Modus

serit dicere vel obmiserit aliquod peccatum. Item si velit se abstinere a peccato. Item si velit obedire mandatis ecclesie. Item si habeat voluntatem satisfaciendi.

De querendis per confessorem circa quodlibet peccatum.

¶ Primo querat confessor/ quid fecit confitens / ut sciat si sit mortale v^t veniale. Secundo cui fecit/ quia grauius est percutere clericum quam laicum. Tercio vbi fecit/ quia deterius esset intra ecclesiam quā extra. Quarto quare fecit/ quia percutere maliciose est peius quam a casu. Quinto quot vicibus fecit illud peccatum/ quia grauius est bis quā semel. Sexto quō peccauit/ vtrum modo consueto vel contra naturā. Septimo et ultimo qñ fecit/ quia peius est in die festo quā in feriato.

De querendis per confessorem circa decem precepta legis.

¶ Circa primum queritur. Si crediderit in Deum/ articulos fidei/ et sacramenta ecclesie. Si adhibuit fidem sortilegjs/ somnijs/ augurijs/ et incantationibus. &c. Si diligat fratrem suum christianum et vellet q saluetur sicut ipse. ¶ Circa secundum queritur. Si peritruauerit se si iurauerit per deum et sanctos sine causa/ si mendacia dixerit/ si vota fregit. ¶ Circa tertium queratur. Si festa seruauerit/ si quadragesimam et vigiliis ieiunauerit/ si tempus in ludis et socijs perdidit. ¶ Circa Quartum. Si parentibus obediuit/ si eis in suis necessitatibus subuenerit/ si Prelatos et maiores honorauerit. ¶ Circa quintum. Si homicidium fecerit vel consenserit/ si subuenit infirmo in articulo mortis/ si fecit q mulieres non conciperent/ si fecit q mulier fecit abortum. ¶ Circa sextum. Si detinet mercedem seruorum/ si fideliter laborauerit pro alijs. Si furtum scienter emerit. Si perditum notum detinuerit. ¶ Circa septimum. Si violauerit mulierem

Confitendi.

si in partu vel puerperio eam cognouerit. ¶ Circa octauum. Si aliquem blasphemauerit. Si de ignotis sibi disposuerit. ¶ Circa nonum. Si uxorem vicini attraxerit/ si maritum pro ea vilipenderit. ¶ Circa decimum quere. Si agros/ domus/ aut seruos sui vicini concupuerit.

De querendis circa mortalia peccata.

¶ Circa superbiam quere. Si iactet se propter amicos/ vel propter diuitias. Si crediderit habere bona sua de seipso. Si crediderit quod sit bonus & iustus.

¶ Circa inuidiam si gaudeat de malo alicuius/ si gaudeat cum aliquis vituperetur/ si doleat de bono et utilitate aliorum. ¶ Circa iram si percusserit aliquem si fecerit vel dixerit alicui iniuriam/ si voluisset esse mortuus in sua ira. ¶ Circa accidiam/ si non vadit ad ecclesiam/ si penitentias sibi iniunctas compleuerit/ si dixerit sepe Pater noster Ave Maria. Credo in deum.

¶ Circa auaritiam/ si cupuerit aliena/ si fecerit vel procurauerit synoniam/ si presiterit ad usuram. ¶ Circa gulam/ si contentus sit de victu/ si comederit multo cibus in die/ si quesierit victus nimis delicatos.

¶ Circa luxuriam/ si de hoc sepe cogitauerit/ si mulierem tetigerit inhoneste. Si mulierem pro alijs procurauerit.

Que vota sunt tenenda, & que reprobanda.

¶ Votum est promissio alicui de aliquo bono facto cum deliberatione. Votum de re illicita non obligat. Votum in ira factum nunc nihil valet. Votum nulli factum non tenetur. Votum per timorem factum non tenetur. Votum puerorum non tenetur nisi post etatem legitimam ratum et gratum habeant. Votum per coactionem uxoris non tenet sine consensu mariti. Votum uxoris factum de ieiunio non valet/ nisi sit de licentia sui mariti. Votum castitatis in matrimonio factum non valet sine consensu ambozum. Votum sacer

Modus

tum impediens coniugale non valet neq; tenet in alio quo. Votum serui non libere de intrando religionem non valet sine consensu domini. Votum peregrinationis ultra mare non impletur sine licentia Pape Votum ieiunij mulieris impregnare non debet seruari propter periculum. Votū contra bonum publicum est irritum.

Que iuramenta debent seruari & que non

¶ Iuramentum est affirmatio vel negatio de aliqua sacre rei attestatione. Ad iuramenta tria requiruntur. Primo veritas in conscientia iurantis/quod firmum sciat illud quod iurat. Secundo requiritur iusticia. s. q; iuret illud quod est licitum et honestum. Tercio requiritur iudicium. s. q; non iuret sine magna necessitate. Qui iurat per solem ⁊ lunam/ per ignem ⁊ aquam et per talia peccat. Qui iurat alicui obedire/ intelligitur de honestis et licitis. Qui iurat facere aliquod peccatum non debet seruare tale iuramentum. Qui iurat non facere eleemosynam/ vel non indulgere offensam non valet. Qui iurat de sibi ignotis affirmatiue vel negatiue/multum peccat. Qui iurat de aliquo sine alio qua magna causa/ vel sine necessitate peccat. Qui iurat contra bonos mores/ vel contra rem publicam/ non tenet iuramentum/ nam peccaret grauius/ sed debet confiteri eo q; sic iurauit.

Quibus confessor prohibet corpus Christi.

Nullus recipiat corpus Christi nisi prius fuerit debite confessus. Nullus recipiat corpus Christi nisi prius fecerit satisfactionem si potest. Nullus recipiat corpus Christi nisi prius fecerit penitentia/ aut opus misericordie. Nullus exco(m)unicatus/ aut interdictus presumat recipere corpus Christi. Nullus insensatus vel fatuus aut indiscretus recipiat corpus Christi. Nullus existens scilicet in peccato/ debet recipere corpus Christi Nullus habens vomitum vel tussim seu malum stomacum debet recipere corpus Christi. Nullus minor etate

Confitendi.

11
xij annorum debet recipere corpus Christi. Nullus habens rancorem contra aliquem/ nec aliquis dubitans in fide catholica/ debet recipere corpus Christi: Nullus recipiat corpus Christi post comestionem/ nisi in articulo mortis. Notandum ē q̄ qui non recipit corpus Christi semel in anno peccat mortaliter. Et hoc nisi sit de consilio superioris/ et de licentia sui confessoris.

Qualiter confessio est facienda.

¶ Qui vult confiteri primo debet cogitare ad peccata quae fecit ad fratrem/ q̄ de omnibus confiteatur ac nulla dimitantur si potest memorari. Primo debet eligere capellanum bene sapientem cui confiteatur et hoc de licentia sui curati vel superioris. Secundo debet habere veram cordis contritionem/ et displicentiam de peccatis cum proposito amplius non peccandi. Tertio requiritur oris confessio/ peccata sua integre confiteri/ seipsum increpando et nullum alium si potest bono modo accusando. Quarto requiritur operis satisfactio vel voluntas satisfaciendi cum poterit. iniurias prout factas emendando. ablata et inuenta restituendo et penitentiam iniunctam debite et integre adimplendo.

De confessione in generali.

¶ Primo volens confiteri debet suum confessorem salutare/ deinde circa eum ad suum latus geniculare et si est vir debet suum caputium remouere/ mulier vero non. immo debet tenere caputium suum ante oculos suos dum confitetur. Item confitens debet dicere Benedicite et confessor debet respondere/ dominus sit vobiscum. Amen. Deinde confitens debet facere confessionem generalem dicendo sic. Confiteor Deo omnipotenti/ et beate Marie virgini et omnibus sanctis et vobis patri de omnibus peccatis meis que feci usque ad hunc diem presentem/ de omnibus peto a Deo et vobis qui estis hic locum tenens Iesu Christi misericordiam et indulgentiam.

Modus.

De confessione in speciali.

Primo confiteatur de suis peccatis in speciali. Primo sensibus naturalibus sui corporis quos male rexit/ et per quos sepe peccauit. Primo de sensu visus per oculos/ in aspiciendo aliquam mulierem cum delectatione vel concupiscentia indebita/ aut cum indignatione et displicentia. Secundo confiteor de sensu auditus qui fit per aures/ vana et inutilia auscultando mala verba et inhonesta liberrissime audiendo. Tertio confiteor de sensu odoratus/ qui fit per nasum/ res odoriferas odorando sicut rosas/species et similia. Quarto de sensu gustus/ qui fit in lingua/ res delectabiles aude gustando/ comedendo et bibendo. Quinto confiteor de sensu tactus/ qui fit in omnibus partibus corporis maxime cum manibus membra mea illicite tangendo viros aut mulieres amplectando/ vel indebite osculando. Deinde confiteatur de cogitatione imaginatione que fit in crebro aut in corde cogitando et imaginando cogitationes multas malas et peruersas. Deinde confiteatur de ore per quod peccauit loquendo sepe contra deum iurando et male gratiando ipsum/ proximos et alios male diffamando. Deinde confiteatur de pedibus suis quibus iuit ad loca inhonesta et prohibita sicut lupanar tabernas et torneamenta.

De septem peccatis mortalibus.

¶ Postea confiteatur de septem peccatis mortalibus siue criminalibus et de radicibus ipsorum. De superbia et de radicibus suis. Primo voluit ne superare maiores et despicere equales et inferiores. Item fuit ne arrogans dicens se habere multas diuitias quas non habebat. Item fuit ne contentiosus impugnando veritatem per magnum clamorem. Item quia noluit esse obediens/ neque suo confessori nec mandatis ecclesie. Item fuit presumptuosus/ credens plus scire vel valere quam sciat vel valeat. Item facit bona publico

Confitendi.

ee propter laudem. Itē fuit ingratus nolēs reddere gratias deo de beneficijs per eū acceptis. Itē iactavit se habere multa bona et multos magnos amicos.

De Avaritia seu Cupiditate.

¶ Primo fuit nimis cupidus ad bona et honores huius mundi. Item custodiuit diuitias suas curiose. Item expendit bona nimis parce. Item si fuerit symoniacus vendendo vel emendo spiritualia. Item de usura si presiterit ad usuram pecuniam vel bladum. ut videlicet recipiat lucrum vel seruitium. Item si furatus fuerit aliquid si detinet aliena violenter.

De Luxuria & Pollutione.

¶ Primo delectatur in opere carnali mente vel facto et sine ratione. Item si cognouit carnaliter alienam mulierem vel suam consanguineam. De pollutione facta de die. vel de nocte. ut vigilando vel dormiendo. Si cognouit propriam uxorem in puerperio aut in ieiunijs ac diebus solennibus vel quā erat infirma corpore. Si contra naturā masculus cum masculo vel cum bestia aut mulier cum muliere. vel in loco non ordinato.

De Ira seu Rancore.

¶ Primo quia uoluit habere vindictam de iniurijs sibi factis vel dictis. Item non uoluit indulgere propter amorem dei nec expectare vindictam domini. Item si tenuit rancorem contra aliquem. ¶ Item si non tenuit patientiam in aduersis nec uoluit refrenare animum suum. Item uoluit malum quod non potest complere sicut furtum aut homicidium. Item si predilexisset quādoque iudeus fuisse quam christianus. et mortuus quam uiuus.

De Gulositate.

¶ Primo comedit vel bibit ultra necessitatem. Item comedit vel bibit nimis auare. Item comedit vel bibit ante horam. Item pauit cibariis care et superflue.

Modus.

Item non abstinuit a cibo vel potu ut daret pauperibus et egenis. Item tenuit mensam nimis longe. Item fregit ieiunium propter ventrem.

De Inuidia seu Maleuolentia.

¶ Primo quia habuit gaudium de damno aliorum et voluit de bono ipsorum. Item plures blasphemauit iniuste. Item mouit discordiam sepe inter amicos et cognatos et propinquos. Item tacuit bonum aliorum. nec voluit audire et referre laudem bonorum.

De Accidia & Pigritia.

¶ Primo fuit piger mane surgere ad ecclesiam ire et missam audire. Item fuit piger si fragmenta colligere et ipsa pauperibus dare. Item maluit esse ociosus quam deum laudare aut bonum opus facere. Item negligens fuit bona terre colligere et ipsa debite seruare. Item non fecit diligentiam de inuitando alios ad bonum opus faciendum. Item negligens fuit se tenere honeste.

De Decem Preceptis Legis.

¶ De primo si non credit firmiter in deum. nec amauit eum super omnia/ vel nimis dilexit uxorem suam filios aut filias. De secundo/ si iurauit per deum et sanctos sine necessitate et quia iurauit scienter. De tertio/ si non seruauit mandata. nec festa/ nec abstinuit se a peccato. De Quarto/ si non honorauit parentes naturales vel spirituales/ nec sanctam matrem Ecclesiam. De Quinto si peccauit occidendo/ vel non iuuando morientes fame vel frigore. De Sexto/ si rapuit bona aliena. aut consensit. nec restituit inuenta. De septimo si peccauit cognoscendo vel desyderando mulierem alienam. De octauo/ si dixit testimonium falsum et mendacium et plures diffamauit. De nono/ si cognouit vel concupiscit uxorem proximi seu eam subordinauit. De decimo et ultimo/ si concupiscit vel rapuit bona sui vicini/ aut ea non custodit.

Confitendi.

De duodecim articulis fidei.

¶ Primo si non bene credit in deum patrem/ sed credidit sortilegijs et somnijs/ augurijs/ et inuocationibus demonum. De secundo si non bene credidit in filium dei. s. dominum nostrum Iesum Christum. De tertio qd sit conceptus de spiritu sancto ⁊ natus ex Maria virgine. De quarto/ quod fuit crucifixus mortuus et in sancto sepulchro sepultus. De quinto/ qd tertia die resurrexit a mortuis/ in carne et ossibus suis. De sexto/ qd ascendit ad celos/ sedet ad dexteram dei patris. De septimo/ qd ipse iudicabit omnes/ ⁊ reddet unicuique iuxta opera sua. De octauo/ si non bene credidit in tertiam personam trinitatis. s. spiritum sanctum. De nono si non bene credidit in sanctam ecclesiam/ ⁊ facta ⁊ ordinata per eam. De decimo/ si non bene credidit sacramentum altaris/ ⁊ digne sumens saluabitur. De vndecimo/ si non credidit generalem resurrectionem futuram in corpore et anima. De duodecimo/ si non credidit qd paradysus sit/ vita eterna ⁊ gloria beatorum.

De septem operibus misericordie temporalibus

¶ De primo non dedit panem esurientibus/ nec cibum et debite custoditum. De secundo/ non dedit bene sitiens saltem aquam mundam et recentem. De tertio/ non visitauit infirmos/ nec dignatus est eos inspicere. De quarto/ non vestiuit nudos nec cooperuit eis membra pudibunda. De quinto non hospitauit pauperes amore dei aut pro sua pecunia. De sexto/ non redemit incarceratos nec voluit intercedere pro ipsis. De septimo non sepeliuit defunctos nec procurauit ad sepeliendum.

De septem operibus misericordie spiritualibus.

¶ Primo non dedit consilium petentibus/ vel dedit malum consilium et perversum. De secundo non docuit fidem ignorantibus. De tertio noluit dirigere

Modus

deuantes. De quarto non dedit consiliū petentibus. De quinto non plangit dolores pauperum. De sexto non orauit pro peregrinantibus/nec etiā pro laborantibus. De septimo non effudit preces/nec dedit elemosinas pro fidelibus defunctis.

De septem sacramentis ecclesie.

¶ De Baptismo non credit/q̄ pena relaxaretur & culpa remitteretur. De confirmatione quam fecit Episcopus. De sacris ordinibus institutis. De sacro officio missę seu hostie. De matrimonio quod Deus instituit. De sacra penitentia & confessione. De extrema unctione/quibus non adhibuit fidē rectam & verā nec recepit nec honorauit vt debuisset. De confessione non debite completa. Itē de participando cum excommunicatis

Tractatus de absolutionibus.

¶ Queritur/quis potest absolvere. Respondetur. quod Deus principaliter/nam solus Deus peccata remittit. Secundo dominus papa vel suus penitentiararius potest absolvere penitentem et confitentem. Tertio Episcopus suum dioecesanum absolvere potest et non alium. Quarto curatus absolvere potest suum verum parochianum. Quinto quilibet presbyter de licentia curati proprij vel superioris. Sexto religiosi priuilegiati sicut mendicantes aut alij. Septimo de casibus papaliibus et reservatis/solus papa vel sui penitentiarq̄. Octauo de casibus episcopalibus/Episcopus absolvit suum dioecesanum/ aut sui vicarij seu penitentiarq̄. Non omnis presbyter potest absolvere penitentem in articulo mortis ab omnibus peccatis quibuscunq̄. De cetero laicus potest absolvere penitentem in articulo mortis cum non possit habere sacerdotem.

Qui non debet absolui, & cuius absolutio non valet

¶ Primo confitens qui dicit se non velle aut non poss

Confitendi.

se penitere. Secundo non volens indulgere/ nec volens
rancorem dimittere. Tertio nolens reddere inuenta/
cum sciat qui ea perdidit. Quarto nolens restituere
furta siue damna per eum facta. Quinto nolens sol-
uere debita sua cum hoc bene possit et habeat unde.
Sexto adultus in quo non apparent aliqua signa con-
tritionis. Septimo confitens alteri quam suo curato si-
ne licentia eius vel superioris. Octauo excommunicatus
a canone vel a iudice per sententiam latam. Nono qñ
peccatum est reservatum/ confitens debet mitti ad su-
periozem. Decimo obstinati in aliquo peccato sicut
Philharoti/ meretrix/ aut usurarius/ tamen si instantes
requirunt possent absolui/ et penitentia iniungi vide-
licet quod huiusmodi peccata relinquat ac futura inue-
ta ⁊ debita reddant/ ⁊ confessor debet eis dicere quod
talis absolutio modicum valet vel quasi nihil.

Casus multum utilis circa absolutionem.

¶ Dubitatur vtrum mutus aut surdus siue blesus
possit absolui per signa/ vel scripta tradendo confessori
⁊ quod sic possunt absolui. Dubitatur si advena confis-
teatur in suo ideomate si debeat absolui. Respondetur/
quod confessor debet absolueret/ licet non intelligat. Du-
bitatur si infirmus confiteatur de aliquo peccato refer-
uato/ vtrum debeat absolui. Respondet quod sic iniungē-
do ei quod sic conualeseat dño concedēte faciat se ab-
soluti superiozem. Dubitat si excommunicatus sanus ex
communicatione maiori possit absolui per simplicem
presbyterū de peccatis suis. Respondetur quod debet
prius absolui ab excommunicatione/ ⁊ postea absoluet
de suis peccatis. Dubitatur vtrum confitens de casu re-
servato possit absolui de illo peccato per simplicem capel-
lanū. Respondetur quod si est remotus a curia romana
talís pot. st absolui sed precipiatur ei quod se precipiat
absoluti per superiozem cum poterit. 26.

CANONES PENITENTIALES

ales, per Episcopum Ciuitatensem
compositi. Dominus mecum est
tanquam bellator fortis.

Sicut dicit beatus Augustinus Confessor ignorans
canones penitenciales quantum ad bonam execu-
tionem vir meretur dici sacerdos/ vt ponitur xxxviij
d. c. que ipsis. Si cecus cecum ducat/ ambo in foueam
cadunt. Mathai xv. ⁊ Luce vi. Ideo propter informati-
onem simplicium sacerdotum curam animarum ha-
bentium/ pono aliquos canones pro peccatis a iure ta-
ratos/ quos unusquisque presbyter curatus tenetur scire
sub pena peccati mortalis.

¶ Primus canon est quod presbyter fornicans publi-
ce/ ⁊ notorio tenens concubinam inclusam/ ⁊ sacro in-
dutus vel cilicio. iij. mensibus in pane ⁊ aqua ieiunet
per spacium septem annorum quolibet anno iij. mensi-
bus exceptis festiuitatibus/ ⁊ tunc modico vino utatur
⁊ sexta feria semper ieiunet in pane ⁊ aqua/ vt ponitur.
lxxxij. di. presbyter. Et hoc idem intellige de adulterio
vel incestu notorio.

¶ Item presbyter qui cognouit filiam suam spiritua-
lem/ vel monialem/ vel confessatam/ vel baptisatā. iij.
annis peniteat. Et si est episcopus. xv. annis peniteat.
xxix. q. i. c. si quis sacerdotem. ⁊ c. nondum.

¶ Item si quis acceperit sponsam a tenam per verba
de presenti. vij. annis peniteat et xl. diebus in pane ⁊
aqua ieiunet extra de spon. c. nondum.

¶ Item si quis deuotam siue monialem cognouit. x. an-
nis peniteat vt notatur. xxxij. q. i. deuotam.

¶ Item presbyter cōicās missam ⁊ non communicās. i.
Anno peniteat/ nec interim celebret. de con. di. ij. relatum

Confitendi.

¶ Item si quis contra naturam peccauerit/ si sit clericus debet deponi/ et si incorrigibilis est/ debet reclusi in monasterium/ et si sit laicus debet excommunicari extra de ex prela. c. clerici quia hoc peccatum maiorem meretur penitentiam/ quam si aliquis cum propria matre coierit/ ut ponitur. xxxij. q. vij. c. adulter.

¶ Item nuptias clandestinas facientes puniuntur/ et etiam sacerdotes qui presens est punitur/ nisi fiant in facie ecclesie. extra de clandestini: despon.

¶ Item qui cognouit filiam suam spirituales vel consanguineas matrem/ et etiam qui consentit eis septem annis peniteat xxx. q. iij. c. non oportet.

¶ Item si quis acceperit alicuius desponsatam vel nuptam septem annis et per xl. dies peniteat/ in pane et aqua ieiunet/ extra despon. c. accepisti.

¶ Item si pater et filius cum una muliere dormierint aut si quis cum matre vel filia/ vel cum duabus sororibus coierit/ septem annis peniteat. xxx. vij. q. c. cum pater.

¶ Item si quis monialem corruerit. vij. annis peniteat et a communione separetur. et si contraxerit ipso facto sunt excommunicati. xxvij. q. i. c. eos. de consan. et affi.

¶ Item si quis matrem vel filiam vel duas sorores/ vel nuptam vel neptem scienter cognouerit/ perpetuo caret coniugio extra de eo qui cog. consan. vxo. sue. c. ex literis. e. xxxij. q. vij. c. si pater et ca. vlti. et xxv. q. iij. si quis autem ignorans cognouerit duas sorores vel matrem vel filiam vno anno peniteat xxxij. q. vlti.

¶ Item celans se cognouisse mulierem que contraxerit cum fratre eius/ septem annis peniteat. xxxv. q. iij. Item frangens sponsalia filiarum. iij. annis peniteat. xxi. di. ca. unico.

¶ Item cognoscens uxorem adultero. iij. annis peniteat. xxx. q. i. c. si quis extra de eo. qui cogn. con. vxo. sue. c. ex literis. et xxxij. q. vij. si quis viduam et gra-

uius punietur incestus quā adulteris. xxxij. q. viij. c. adul.

¶ Item si voluisti fornicari et non potuisti/ aut si pollutus fuisti in somno per malam delectationem/ aut si osculatus fuisti illecebram mulierem quamcunqz quinqz aut septem diebus peniteas.

¶ Item si abusus es uxorem tuam/ vel in die dominico vel in alijs festiuitatibus sanctorum concubasti cum ea/ vel in quadragesima septem diebus peniteas.

¶ Item si quis commisit adulterium cum uxore aliena septem annis peniteat.

¶ Item si quis fornicatus est cum virgine/ tribus annis peniteat vno ex his in pane et aqua/ et si cum virgine duobus annis peniteat/ idem si fornicatus fuisti cum sanctimoniali/ xv. annis peniteas/ et tribus ex his in pane et aqua facias.

¶ Item si peccasti cum lumento/ aut cum alijs animalibus vel fecisti sodomitam. xv. annis peniteas/ et v. ex his in pane et aqua facias.

¶ Item si vir habens uxorem/ cum alia concubuerit. viij. annis peniteat. 7 iij. ex his in pane et aqua faciat.

¶ Item si fuisti luxuratus die veneris sancta cum uxore tua/ duabus septimanis peniteas.

¶ Item si quis cum filia vel cum consanguinea vel nepre sua peccauerit/ omnibus diebus vite sue peniteat et elemosinas multas faciat. et in domo sua non maneat.

¶ Item si quis cum vidua patris sui vel uxore/ vel cū germana sua/ siue cognata sua/ vel si pater turpitudinē filie sue reuelauerit/ vel cum filiastra sua coierit. x. annis peniteat/ et peregrinus incedat. et iij. annos ex his in pane et aqua faciat.

¶ Si quis cum compatre vel cum comatre sua de fonte vel de chrismate peccauerit vel coierit/ quindecim annis peniteat.

¶ Si quis cum duabus sororibus suis coierit/ vel misperit/ vsqz ad extremum vite sue peniteat.

¶ Si quis uxorem suam legitimam dimiserit/ et cum

Confitendi.

alia nupserit. talis e in christianis non manducet/ et nullus ei associetur.

¶ Si quis episcopus vel presbyter/ vel diaconus vxorem acceperit/ ab ordine deponatur.

¶ Si episcopus adulterium perpetraverit. xv. annis peniteat et presbyter. xij. Diaconus vero x. Subdiaconus vij. et clericus. i. et tertia pars sit in pane et aqua. iij. q. v. c. si quis sacer. et q. iij. c. non oportet.

¶ Si aliqua mulier fornicata fuerit. et patrem suum viuum occiderit. x. annis peniteat.

¶ Si mulier cum duobus fratribus coierit. vsqz ad mortem peniteat et tunc corpus dominicum accipiat.

¶ Si mulier potionem acceperit vt non cōcipiat. ij. annis in pane et aqua ieiunet.

¶ Si aliqua mulier occiderit paruulū per xl. dies ante quā pariet vt matricida iudicetur. iij. annis in pane et aqua ieiunet. extra de his qui filios suos occidūt. c. vlti.

¶ Si aliqua mulier semen viri in cibum misceuerit/ aut alia sortilegia vel causas illicitas fecerit/ vt plus annos rem viri habeat. iij. annos peniteat.

¶ Votū simplex frangēs castitatis. iij. annos peniteat.

¶ Si puer moriatur in lecto sine parentum negligentia/ tutum est eis aliquam penitentiam dare. Si vero sponte occiderit grauior imponitur penitentia quā pro quocunqz homicidio. Si autem leuis culpa precesserit. iij. annos peniteat. vt ponitur iij. q. v. c. consuluisti. et extra de his/ qui filios suos occi.

¶ Si consultus es homicidium et tamen non est factum duos annos peniteas.

¶ Si habuisti iram vel odium in corde quādiu habuisti ieiū in pane et aqua ieiūes. et velut homicida iudicab.

¶ Si occidisti filiū aut filiā. x. annos peniteas. et nunquā mutes cibum nisi in die dominico.

¶ Si quis cū muliere fornicatur et sic infantē occiderit vel mortuum parere procuret. x. annos peniteat.

Modus

¶ Si dedisti consilium ut aliquis occideretur/ septem annis peniteas.

¶ Si quis sacrilegus fuerit/vel calicem poluerit/ septem annis peniteat. xij. q. ij. c. de viro.

¶ Si quis coactus falsum dixerit/ nec sequitur mors duobus annis peniteat/ si vero sponte quinqs.

¶ Pro homicidio adulterio et fornicatione dentur septem anni de penitentia. xvi. q. c. predicamentum/ 7 xxx q. i. c. hoc ipsum et c. sequen.

¶ Qui accusat ad mortē maliciose si occiderit/ vij. annis peniteat. si vero mēbrū perdiderit. iij. ānos peniteat 7 iij. quadragenas quas beatus Petrus instituit sancti. s. primam ante natalem domini/ secundam ante pascha. et tertiam ante festum Johannis baptiste. vt. c. i. in glo. extra de accusati. c. accusari.

¶ Si vero accusatus nullum damnum habeat/ quas quadraginta diebus peniteat.

¶ Item si clericus voluntarie homicidium fecerit/ debet deponi ab ordine beneficio/ et vij. annis penitere. Si casualis homicida est. v. annis. si tamen aliqua culpa precesserit/ sed si homicidium fuerit necessarium. vt qui aliter euadere non potuit. Et si culpa aliqua non fuit/ non est irregularis idem dicitur de furioso vt. patet in cle. furiosus de homici. et l. di. c. m. ror.

¶ Item si quis intuitu discipline aliquem occiderit deponatur ab altari extra de homicidio. c. presbyterum 7 xv. q. i. c. si quis non iratus.

¶ Si quis matrem suam occiderit puniatur secundum formam. xxiij. q. c. latoz.

¶ Item si quis uxorem suam occiderit semper peniteat xxx. q. c. ij. c. ammonente et in glosa. iij. q. i. cito.

¶ Si quis presbyterum occiderit. xij. annis peniteat. secundum formā/ extra de pe. et remt. c. ij. Et si coniugatus fuerit/ careat milicia 7 coniugio. vt ponitur ibidem.

¶ Item si mulier machinatur in mortem viri sine coniugio erit. tamen si de facto matrimonium contrahat

Confitendi.

tenebit matrimonium extra de divor. c. primo.

¶ Item si quis episcopum percusserit vel comprehenderit/ vel a proprio sede expulerit/ excommunicatus est et eius bona traduntur illi ecclesie cuius episcopus est persecutus/ et si fuerit simplex clericus percussor/ deponendus est et sex annis peniteat.

¶ Item si patronus vel aduocatus ecclesie/ vel alius officialis clericum vel presbyterum occiderit vel mutilauerit/ perdet ius patronatus et aduocationis et feudatam et feudum/ et nunquam admittatur collegio clericorum nec libertati. xvij. q. iij. c. si quis suadente et extra de penis. c. ij. et c. in quibus/ et imponitur sibi pena in foro contentioso. sicut pro homicidio.

¶ Maxima penitentia imponitur illi qui pontificem vel episcopum percusserit/ aut ceperit/ vel consilium aut auxilium vel fauorem dederit. in cle. c. unico de per.

¶ Qui presbyterum interfecit. xij. annis peniteat. c. ij. et dicto. c. si quis suadente.

¶ Occidens furem vel latronem/ qui alias sine occasione capi poterat per xl. dies ecclesiam non intrat/ et vltatur cilicio et quarta sexta feria ieiunet. Et si clericus. pro rebus ecclesie seruandis hoc fecerit/ non deponatur/ tamen peniteat quamdiu uiuat. extra de homic. c. ij.

¶ Si sacerdos se defendens latronem interficiat/ ij. annis peniteat/ extra de homic. c. ij.

¶ Si clericus sit fur vel latro. vij. annis peniteat/ laicus vero. v. xvij. qui c. si quis cleri. et c. peccata.

¶ Presbyter excommunicatus si celebret. tres annos peniteat xij. q. iij. ca. de illis.

¶ Si quis homicidium fecerit in bello de mandato domini sui. xl. diebus peniteat.

¶ Interfecto dñi sui vel uxoris sue nunquam equitet nec contrahat sed per decem annos peniteat et carnes non comedat et vinum non bibat. xxiiij. q. ij. c. admodum vere. et c. quicumq; de divor. c. i. sed matris interfecit.

Modus¹

tor armis depositis decem annos peniteat. xxiij. q. iij. c. labore et xxiij. q. i. c. nos auferamus

¶ Occidens per infamiam non imputatur iij. q. r. c. qui indicas. 7 xvi. q. i. aliquis sed homicida evitabilis necessitatis duobus annis peniteat. l. d. c. de his clericis sed inevitabilis necessitatis non punitur. l. d. c. quis tecum tamen ad cautelam secum dispensatur. xxiij. q. c. electum. 7 xrv. q. ij. excommunicatus.

¶ Quicumq; contra suum iuramentum machinatur in mortem domini vel in prejudicium eius semper peniteat et communidem no recipiat. xxiij. questi. ultima c. si quis laicus.

¶ Si quis occiderit monachum vel clericum in sacris ordinibus constitutum publicam penitentiam agat. et vij. annis peniteat. xvij. q. iij. c. qui occiderit.

¶ Si episcopus homicida fuerit. xv. annis peniteat et semper peregrinetur. sed presbyter xij. annis. tres in pane et aqua. Diaconus vero decem annis peniteat. l. d. c. si quis homicidium.

¶ Qui periuraverit vel adulterium vel homicidium commiserit. vij. annis peniteat. et qui penitentiam recte pere noluerit ab ecclesia repellatur et nullus cum eo comedat. xxiij. q. i. c. vlti. et xxiij. q. ij. c. hoc ipsum.

¶ Incedens domum vel horreum. iij. annos peniteat.

¶ Qui domum vel horreum voluntarie incenderit damnum restituat. et iij. annos peniteat. extra de iniuria.

¶ Comburens ecclesiam scienter restituat ecclesiam et quindecim annis peniteat/ et tantum det pauperibus quantum damni fecit. xvij. q. iij. c. si quis ecclesiam.

¶ Qui stat in ecclesia occupatus ociosus fabulis et non intendit ad missas et alia divina officia. iij. an. pe.

¶ Si quis furtum receperit vel furatus fuerit rem sacram de loco sacro vel non sacrum de loco sacro vel sacrum de loco non sacro septem annis peniteat. et iij. ex his ieiunando in pane et aqua.

Confitendi.

¶ Qui commisit sacrilegium auferendo res ecclesie et ecclesiam violando. septem annis peniteat. Primo anno extra cimiterium eruat/ secundo anno ingrediatur ecclesiam/ sed non communicet corpus Christi/ alijs aut quinqz annis carnes non comedat et vinum non bibat et quicquid acceperit restituat. xij. q. ij. c. de viro.

¶ Qui iniuriatur ecclesie/ penitentia sibi debet imponi quod priuatur communione et ecclesie ingressu extra de foro compe. c. nullus.

¶ Si quis aliquid furatum comederit vij. diebus peni.

¶ Si quis quicumqz christianum quolibet ingenio in captiuitatem duxerit vel eum vendiderit. vij. annis peniteat/ et tres ex his in pane et aqua faciat.

¶ Si quis decimas primitias dei oblationes defraudauerit vel furatus fuerit seu negauerit vel minus dederit de omni re quam laborat scz de grano/ de vino de oleo/ de peccoribus et bestijs ac vniuersis suis fabricis et negotijs seu artificijs aut veniam petat ab ecclesia aut in dupla restituat et septē annis peniteat et tres ex his in pane et aqua faciat.

¶ Si fuisti raptor tres annos peniteas et totum quod rapuisti restituas/ si sit propter necessitatem leuis penitentia datur aut ad cautelam/ si autem modica fuerit necessitas restituat totum et punietur penitentia arbitraria extra de fur. c. ij. quia raptor punietur penitentia arbitraria. Primo debet puniri et restituere antequam absoluitur. xij. q. c. fraternitas in glo. vltimo et extra de elec. c. quod.

¶ Si quis symoniam scienter commiserit antequam absoluitur et aliqua sibi penitentia iniungitur tenetur renunciare beneficium symoniace acquisitum et dare pecuniam illi ecclesie et restituere omnes fructus perceptos et qui percipi poterat/ et hoc intellige tam de laico quam de clerico a quocūqz fuerit accepta peccunia seu symonia facta/ quia hoc peccatum est tam gra

Modus

ne in ecclesia det quod omnia peccata in cōparatione eius
pro nihilo reputantur qz per symoniacam cupiditatem
7 auariciam tota dei ecclesia confunditur/ vituperatur
et dependatur latronibus/depredatoribus ignotis idio-
tis ruffianis et fornicatoribus regenda committitur.
et hec symonia fidem/probitatem/et ceteras bonas vir-
tutum artes in dei ecclesia subvertit/ et propter reddi-
tus fructus et honores ecclesiasticos habendos Deum
et eius fidem negligere/ et omnia venialia iam habeo-
re beneficia ecclesiastica et sacramenta edocuit/et mul-
tos ecclesiasticos presertim superiores nostros qui vi-
debantur regere populum/ falsos et iniquos fieri sube-
git/aliud clausum in pectore/ aliud sub lingua prece-
ptum habere labijs/ et ornamentis ecclesiasticis deum
tantum honorare/ corde aut dominū deū nostrum Jesu-
sum Christū et eius sacramenta ac sponsam suam publi-
ce et cum scandalo totius christianitatis non semel sed
pluries vendere/ non sicut iudas pro xxx. denarijs/ sed
sepe pro tribus mille floren. ve autē homini per quem
huiusmodi scandalum venit. Bonum erat ei si natus
non fuisset homo ille. Et quia hoc peccatum symo-
nie est tam graue/ideo grauissima penitētia est sibi im-
ponenda respectu aliorum peccatorum. Etiam quia
symoniacus in ordine non recipit executionem ordinis
sed est suspensus quo ad se 7 quo ad alios nec Episco-
pus nec cardinalis nec aliquis alius presbyter potest
eū ab hoc peccato symonte absolueri nisi solus vicari-
Christi. s. Papa/ 7 tūc oportet qz restituat primo/ qz non
intrauit per hostium sed aliunde vt fur/latro/ 7 non dis-
mittitur peccatū nisi restituatur ablatū hec notatur t.
q. si q̄s 7 q. vii. c. req̄re. extra de cle. c. dudū l. q̄. 7 xxx. d. c.
neminem. 7 rii. q. vi. c. si res extra de resti. spo. c. gravis
extra de symonia. c. tanta. Et huic graui peccato vt dī-
ctū est penitētia est imponēda pro arbitrio sacerdotis.

De Vsurā.

Confitendi.

¶ Et quia usura est species furti/ideo quia si aliquis fuerit usuratus nec ad comuntonē corporis Christi nec ad ecclesiam admittatur nisi primo restituat usuras perceptas si eas soluere poterit extra de usuris. ver. postquā huic etiam peccato imponetur per confessorem penitentia arbitraria postquā soluit vel cum dederit cautionē de soluendo extra de peni. et remis. deus qui.

¶ Colens ydola et imagines faciēs/propter incantationes et sortilegia ac diuinationes. iij. an. peni.

¶ Quicumque incantauerit/anathēatisatus sit. xvi. q. viij si quis arolos.

¶ Presbyter sortilegus debet priuari vel suspendi et laicus priuatur comunione corpo. Christi extra de sortilegijs. c. ij. et i glo. sortile. xl. dieb. penite. de sortile. c. i. et respiciens astrolabia. ij. annis peniteat de sortile. c. ij.

¶ Si quis intrat domum cum magicis vel incantationibus et qui consulit annis/v. peniteat. xxvi. q. v. c. qui diuinationes et. c. non liceat.

¶ Si quis sacerdos mortuo pallium inuoluat. x. annis peniteat cum sex mensibus/ et diaconus. iij. annis cum dimidio/de conse. d. i. nemo.

¶ Qui blasphemauerit Deum et sanctos eius/ praesertim virginem Mariam. vij. septimanas peniteat/ et septem diebus dominicis extra ecclesiam existens pallium et calciamenta non habeat et. vi. diebus in pane et aqua ieiunet. et tres pauperes reficiat/ et v. solidos soluat et si hoc facere noluerit careat sepultura.

¶ Qui compulsus periturat tam compellēs quā compulsus. xl. diebus in pane et aqua peniteat. et per vij. annos penitentiam agat. xxij. q. c. qui compulsus.

¶ Qui periturat in manibus episcopi vel super cruce consecrata vno anno peniteat et si ignoranter periturerit. iij. quadragenas in penitentia agat. xxij. q. v. c. ij.

¶ Si quis pro necessitate vel causa spiritali pro voto vel rebus redimēdis puerat tres annos in pae et aqua pe

D iij

Modus.

niteat. xxiij. q. ij. c. si quis coactus. ¶ Si quis scienter falso se iurat. vel aliū iurare compellit per xl. dies in pane et aqua ieiunet. et per septem annos peniteat. xxiij. q. v. c. iij. et c. si quis coactus. ¶ Si quis contra suum iuramentum in mortem domini machinatur arma relinquat et semper peniteat et in fine vite sue eucharistiam recipiat. ¶ Clerici qui episcopo iurauerint obedientiam et postea in ipsum maliciose conspirauerint curie seculari tradantur. xi. q. iij. c. coniurando. et c. si quis sacerdotem.

¶ Si quis iurauerit super sancta dei euangelia vel super altare. vij. annis peniteat et si quis in manibus fratris vel presbyteri vel alterius hominis iurauerit et non obseruauerit tres annos peniteat.

¶ Si non seruasti diem dominicum vel alia festa ab ecclesia instituta septem diebus peniteas.

¶ Si non fecisti iuste iudicium aut si non custodiisti vel iunxisti compatres comatres aut filias spirituales nec honorasti ut debuisti. vij. diebus peniteas.

¶ Si quis offendit patrem vel matrem in verbis tantum septem diebus peniteat et si leui impulsione aut graui iniuria veniam petat et per unum annum peniteat.

¶ Si quis patrem aut matrem aut uxorem interfecerit nunquam equitet nec matrimonium contrahat et per x. annos carnes non comedat nec vinum bibat. xxiij. q. ij. c. admonere. et c. quicumque extra de diuor. c. i. et matris interfector. x. annis peniteat armis depositis. xxiij. q. iij. c. latronem.

¶ Qui occidit iudeum vel paganum. xl. diebus peniteat. l. d. c. quoniam odij. Et homicidio voluntario vel in ira est septem annorum penitentia datur. xxi. q. i. c. de homicidio et xxiij. q. i. c. hoc ipsum.

¶ Contrahens cum ea quam polluit per adulterium. v. annis peniteat. xxx. q. i. c. si quem.

¶ Si quis cognoscit uxorem adulteram ante peractam penitentiam. ij. annis peniteat. xxx. q. c. h.

20
Confitendi.

¶ Si quis furatur vel rapit rem ecclesiasticam resti-
tuit quadruplum ecclesie et septem annis peniteat et iij
ex his in pane et aqua faciat. vij. q. ij. c. peccata et xij. q.
capitulo de viro.

¶ Episcopus homicida. xl. annis peniteat et tres ex
his in pane et aqua faciat. l. d. c. si quis homi.

¶ Si quis vomitum propter ebrietatem incurrerit. xl.
diebus peniteat. Mulier dans partum alteri quam pa-
tri. x. annis peniteat. extra de penit. et remis. c. officij.

¶ Sacerdos qui interest clandestinis sponsalibus. iij.
annis peniteat extra de clandesti. despon. c. ultimo.

¶ Si quis per ebrietatem eucharistiam euomerit.
si laicus fuerit. xl. si religiosus vel prelatus. lxx. si Epi-
scopus. xc. diebus peniteat. sed si causa infirmitatis il-
lud factum fuerit septem diebus peniteat vel detur pe-
nitentia arbitraria. de conse. dist. v. c. si quis. xxxliij. q.
ij. c. qui bene.

¶ Si mures comederint eucharistiam ex incuria seu ne-
gligencia sacerdotis. xl. diebus peniteat/ vel si perdatur
xxx. q. ij. c. qui bene.

¶ Si de sanguine Christi stillauerit in terram/ lingua
lambatur/ et tabula sine terra radatur et igne concre-
metur et pannus lauetur et illa lotio a presbytero su-
matur. et xl. dies peniteat de con. d. ij. c. si per negligen-
tiam. Et sanctus Thomas dicit quod ille pannus com-
burzatur et detur penitentia arbitraria extra de peniten.
et remis. c. deus qui et. xxxvi. q. vij. c. tempora. et extra de
penit. d. i. c. mensam.

¶ Si amissa fuerit hostia vel pars eius sacerdos xxx.
diebus penitet de consen. d. i. c. qui bene.

¶ Si quis presbyter eucharistiam non debite custo-
dierit vel chrisma. tribus mensibus ab officio suspēda-
tur/ et si nephandum aliquod acciderit grauiori pene
subiiciatur/ extra de custo. eucharistie.

¶ Salsarius monete vel regulatum/ aut instrumento

Modus

rum siue contractuum quam diu uiuat in pane ⁊ aqua se abstineat extra de verbo. signifi. c. nouimus.

¶ Si latro confiteatur vel petat instanter confessio- nem sepeliatur in cimiterio/ ⁊ oretur pro eo et detur ei corpus Christi. vij. q. ultimo ca. finali.

¶ Clericus qui canonicas horas secundum suam ecclesiam metropolitanam non dicit sex mensibus puniatur. xij. d. c. de his. ⁊ c. ultimo.

¶ Episcopus ordinans clericum inuitum suspendatur vno anno. lxxxiij. d. c. i. vel. d. c. ij.

¶ Episcopus qui scit aliquos clericos vendidisse sacramenta et ecclesie ministeria/ ac symoniam commisisse si hoc non corrigit duobus mensibus suspendatur a comunione missae. Et si presbyter fuerit quatuor mensibus et diaconus vel alius ordinatus iudicis arbitrio puniatur. i. q. i. quinquennium.

¶ Item scienter rebaptisatus si pro heresi hoc fecerit/ septem annis in omnibus festis ferijs et tribus quatuoragesimis in pane et aqua puniatur/ si vero propter infirmitatem tribus annis peniteat/ si vero propter ignorantiam/ non peccat/ sed tamen non promoueatur nisi sit excellens persona de con. di. iij. ca. qui bis extra de apo. c. ij.

¶ Item episcopus presbyter diaconus scienter rebaptisatus peniteat quamdiu uiuat/ alij vero clerici et religiosi volentes ab hereticis rebaptizari. xij annis peniteat secundum formam de con. d. iij. c. homines quos.

¶ Item patronus dilapidans res ecclesie excommunicatur. xvi. q. vij. c. filijs.

¶ Item qui hereticos scienter communicat tres annos peniteat. Et si ignoranter vno anno peniteat.

¶ Item qui permisit hereticum in ecclesia sua celebrare/ si hoc fecerit ignoranter. xl. diebus peniteat/ sed si hoc scienter et in abusione fidei fecerit/ duodecim an-

21

Confitendi.

nis peniteat. xxiij. q. i. c. si quis dedit.

¶ Item incendiarius domorum vel agrorum voluntarie restituens damnum tribus annis peniteat extra de iniurijs et xxiij. q. vlti. c. pessimam hodie tamen iste talis a solo papa absoluitur extra de sen. excom. c. ius.

¶ Item comburens ecclesiam restituat ecclesiam et puniatur. xv. annis. xxiij. q. iij. c. si quis ecclesiam.

¶ Item sacerdos revelans signo vel verbo vel alio quouis modo confessionem retrudatur in monasterium ad perpetuam penitentiam peragendam de penit. et res. mis. c. omnis utriusq; sexus. vel semper peregrinetur de pe. d. i.

¶ Sacerdos se defendens si latronem interficiat. ij. annis peniteat extra de homici. c. ij.

¶ Clericus fur vel latro. vij. annis peniteat. Laicus vero. v. xxiij. q. iij. c. si quis clericus et. c. peccata.

¶ Excommunicatus presbyter celebrans tres annos peniteat. xij. q. iij. c. de illis.

¶ Si quis falsificaverit mensuram vel monetam restituat et per xxx. dies peniteat in pane et aqua extra de emptio. et vendi. c. i. et c. ut mensuram.

¶ Si quis peccatum recitauerit debet suspendia communionem corporis Christi de p. d. v. c. de his et l. d. c. vi.

¶ Presbyter qui cantat missam et non communicat vno anno peniteat et per annum non celebret de con. d. ij. c. relatum.

¶ Clericus manum mittens in Episcopum vel presbyterum vel ecclesiam rasiens aut impugnans vel incedens semper peniteat et in monasterijs penitentiam agat perpetuam. xxiij. q. iij. c. quisquis per dolum.

¶ Si abbas vel abbatisa non receperit professionem a monachis vel monialibus post annum probationis tam diu in pane et aqua ieiunet in cle. de probati.

¶ Episcopus presbyter et diaconus crimen capitale committens cartam falsificans falsum testimonium dicens deponatur et in monasterij retrudatur perpetuo

Modus

I. d. c. episcopus. 7 c. sequenti.

¶ Si quis per annum in excommunicatione steterit/ priuatur omnibus beneficijs suis extra de etate et qualitate. c. cum litere 7 xi. q. ij. c. missus et extra de peniten. capitulo ultimo.

¶ Qui iniuriatur ecclesie/ priuatur communione/ illius extra de fo. compe. t. nullius.

¶ Qui non potest soluere expensas litis puniatur arbitrio iudicis extra de dolo 7 contu. c. siam litibus.

¶ Quilibet fur aut latro. primo restituat/ et tunc puniatur penitentia postea arbitraria. xij. q. ij. c. frater unitatis in glo. vlti. 7. c. si quis extra de elec. c. q. sicut in glo. vlti. extra de symonia licet.

¶ Si quis iterat peccatum prius confessum/ penitentia sibi imponitur extra de hereti. c. excommunicatus.

¶ Clerici latrones deprehensi/ aut in magnis criminibus culpati degradantur et in monasterijs retradantur/ extra de peni. c. tua.

¶ Grauiissima pena puniatur persequens hostiliter Cardinalem sancte Romane ecclesie 7 scientes 7 consentientes extra de penis c. felix. li. vi.

¶ Grauius puniatur qui pontificem vel Episcopum temere 7 iniuriose percutit vel capit/ aut consilium. auxilium vel fauorem dedit in cle. de peniten. c. si quis suadente.

¶ Ille presbyter deponitur qui celebrat missam in oratorio in domo sua sine licentia episcopi de conse. d. i. c. clericos et c. vnicuique.

¶ Si abbas vel prior dedit monacho aliquam possessionem firmam tenuet per annum singulis sextis ferijs in pane 7 aqua.

¶ Degradatus celebrans priuatur communione per petuo. l. d. accedens.

¶ Si quis excommunicat aliquem iniuste suspenditur vno mense. 7 alia pena puniatur extra de sen. excō. c. sacro

¶ Item alium excommunicans sine scriptis vno mense

Confitendi.

se suspendit/ et si tunc celebraverit solus papa dispensat su-
per regularitate extra de se. ex. cō. c. cū medicinalis. l. vi.
¶ Item pro quolibet peccato mortali. vij. annorum pe-
nitentia imponitur a iure expressa.

¶ Item pro peccatis venialibus sicut sunt cōedere quā
neceffe est. aut bibere/ ut ponit. xij. d. c. quod dicit aut lo-
qui vel tacere plus quā nō expedit/ vel exasperare pau-
perē petentem vel fabulis octosis vacare siue iocose vel
inutiliter mētiri vel iurare vel opa misericordie nō adim-
plere et similia peccata venialia que clarius exprimuntur.
xxxvi. d. 5. talias eā. demū reuera pro istis venialibus dī-
tur pater noster talie oratiōes aspergat aqua bñdicta
vel audiat missas et bñdictiōes sacerdotū/ et cetera que
remitant venialia ut notat de peni. d. iij. c. de quottidias
nis. et d. c. et tres aut. et c. cōsecrata. et d. iij. c. celebrādas
et c. aquā. et d. iij. c. nequaquā et d. cōse. c. cū adcelebran.

¶ Has aut penitentias quas temporibus antiquis pa-
tres nostri posuerunt/ nos eorum fili minores peni-
tentiarū aliquando imponere ipsis penitentibus debe-
mus vel saltem insinuare nobis cōfessis/ alias peniten-
tia dicatur esse falsa que non datur secundum cano-
nes si sit a canonibus diffinita. de peni. d. i. c. falsas. sed
tamen distinguitur quia aut peccatum tibi confessum
est publicum vel occultum/ si sit publicum et maxime
scandalosum/ certe tunc nec maior nec minor est danda
penitentia quā illa quā ius exprimit/ et illud intelligit-
tur. xxxij. q. vij. c. sacerdos de pe. d. i. c. non nulli.

¶ Possunt tamen minui consideratis circumstantiis
criminum qualitate et quantitate/ officio/ paupertate/
infirmitate/ consuetudine scandalo/ temporis qualita-
te/ regionis complexionē/ lacrimarum effusione/ deuoti-
one et contritionē. de con. d. iij. c. de peni. Si aut pecca-
tum est aut fuit occultum tunc imponitur ei peniten-
tia arbitraria. xxvij. q. ij. c. tempora extra de offi. lega.
c. de causis. et de accusa. c. super his presertim si non
est diffinita a iure. de peniten. d. i. c. mensura. et. l. d. de

Modus

his clericis extra de sen. exco. c. deus qui. 7. c. quantum.

¶ Et quia hodie in arbitrio sacerdotum statuta sunt penitentie danda confitentibus/ ideo primo pro gradibus peccatis occultis quibus canones penitentiam faciunt sibi ipsi penitentiarij ostendere debent/ confitentibus/ 7 dicere penitentiam iuris et canonum ipsi confitenti. Et quod pro quolibet peccato mortali/ seipsum annorum debet penitentiam agere sed qui in hac vita non potest ipsam peragere/ debet sibi ad minus unum pater noster omni die dare/ vel concedat sibi indulgentias elemosinas 7 orationes omnium Christi annorum 7 passionem domini nostri Jesu Christi/ 7 sanctorum martyrum et merita omnium sanctorum et indulgentias ecclesie/ et quicquid boni fecerit/ vel mali patienter sustinerit. Etiam dicat sibi/ concedo tibi omnia ista 7 omnes remissiones et orationes et peregrinationes/ et quecumque alia bona militantis ecclesie/ que tibi cedant in satisfactionem huius penitentie per me tibi adiuncte et in remissionem peccatorum tuorum etiam si ista via confessor non incederit/ alia certe non adesse videtur/ extra de peniten. 7 remis. c. quod aut.


¶ Sed an confessor possit penitencias pro suo arbitrio moderare vel in totum remittere/ et quid iuris si male fuerit eas arbitratus. l. d. c. de his clericis. 7 ix. q. ii. c. lodouicum extra de iudicis. c. ac si clerici. 7 xxiiij. q. i. c. tempora. 7 c. hec fit. extra de sen. exco. c. iiij. Et de penitentia. d. l. c. mensuram.


¶ Et si confitens fuerit infirmus tunc sit cautus confessor quod non det sibi penitentiam sed ostendat ei sibi ut ponitur. xxvi. q. i. per totum. 7 q. viij. in summa sic dicendo/ si esses sanus talem deberes penitentiam facere pro peccatis tuis/ sed quia infirmus es non iniungo tibi eam sed quando convalueris agas eam/ vel venias ad me vel ad alium sacerdotem 7 de nouo recipias penitentiam/ si autem moriaris ex hac infirmitate facias testamentum tuum 7 des tui/ vel fac tot elemosinas das


um.
unt
as
ans
fio
pfi
leo
nac
ius
sibi
estti
san
t in
pa
mta
rtio
tibi
tibi
tam
recte

etbe
is si
.q. q
.q.
et de

ona
sibi
dia
acer
ngo
enta
dias
cias
das







25

Confitendi.

Regulare enim est quod ipsi cognoscere possint de omnibus criminibus occultis. vt in c. si peccauerit. q. q. l. Tamen sunt etiam certi casus de quibus ipsi cognoscere non possunt/ immo de talibus criminibus oportet eos necessario remittere suos confitentes ad superiores prelatum id est Episcopum/ et isti casus dicuntur episcopales et sunt isti qui sequuntur quos no. Hosti. in summa de pe. et re para. uij. b. cui confitendum. Notat eos latius Spe. in iij. parte circa finem de pen. es re. para. vi. b. priuato autem.

¶ Primus casus episcopalis est in eo qui cognouit carnaliter mortalem consecratam vel non consecratam virginem vel non virginem/ vel si forte mulier comit cum religioso dum non sit in loco sacro/ quia tunc esset papalis.

¶ Secundus est in eo qui verberat patrem aut matrem scilicet ex casu/ sed si ex certa scientia pertinet domino nostro pape.

¶ Tertius est in eo qui deflorat virginem fraudulentem/ sed si violenter maliciose et vi pertinet domino nostro pape.

¶ Quartus est in hoc qui mortem contingit machinatur.

¶ Quintus est in eo qui abutitur chrismate seu eucharistia vel alia re sacra aut facit furtum in ecclesia et etiam in illo clerico ex cuius negligentia hoc contingit.

¶ Sextus est in illo qui proprium baptizauit filium vel eum ad baptismum vel etiam confirmationem tenuit.

¶ Septimus est in eo qui facit votum castitatis et post votum contrahit cum aliqua/ vel aliqua cum aliquo.

¶ Octauus est in eo qui contrahit vel continet seu religionem intrat in vita uxoris sue post carnalem copulationem.

¶ Nonus est in illo malefico qui confitetur se credisse heretice prauitati.

¶ Decimus est in symoniacis sub quocumque genere

E. v

Modus

symoniacus fuerit symoniacus quo ad absolutionem non quo ad dispensationem que ad solum papam spectat.

¶ Undecimus est in illo qui excommunicatus est et sollemniter celebrat in ecclesia quo ad absolutionem.

¶ Duodecimus est in illo clerico qui per saltum est promotus.

¶ Tredecimus est in illo qui ordinatur ab alieno episcopo sine licentia sui proprii episcopi.

¶ Quatuordecimus est in homicida siue in verbo siue in consensu/vel se in defendendo vel dormiendo vel si occidat furem vim facientem/ vel homicida fuerit inopantis.

¶ Quindecimus est de faciente luxuriam in ecclesia/ martine consecrata.

¶ Sedecimus est in illo qui cognouit carnaliter iudeam vel sarracenam.

¶ Decimus septimus est in muliere que concepit ex alieno viro/ et vir suus credens eum suum proprium filium esse instituit eum heredem in aliorum preiudicium et gravamen.

¶ Decimus octauus est in illo vel illa qui vel que procurat abortum vel sterilitatem siue in se siue in alia.

¶ Decimus nonus est in eo qui contrahit matrimonium post sponsalia contracta cum alia vel iuramento interposito in contractu.

¶ Vigessimus est in illo qui est excommunicatus a iudice et non vult exire ecclesiam/ sed est diuinum officium impediens.

¶ Vigessimus primus est qui scienter celebrat in loco interdicto siue in loco secreto.

¶ Vigessimus secundus est in eo qui est sortilegus videlicet in illo qui inuocat demones pro furtis vel mulieribus vel alijs rebus licet aliqui extendant istum casum ad existentes in sacris ordinibus.

¶ Vigessimus tertius est in illo qui scienter et publice sepelit corpus alienius excommunicati in cimiterio

Confitendi.

26

¶ Vigessimus quartus est in illo qui excommunicatus est a conde in casibus in quibus ab epō potest absolui.

¶ Vigessimus quintus est in illo qui est irregularis.

¶ Vigessimus sextus est in eo qui contrahit matrimonium clandestine.

¶ Vigessimus septimus est in eo qui est criminofus publicus et blasphemator.

¶ Vigessimus octauus est si episcopus audit confessionem de aliquo peccato inferior clericus non habet talem absolue/ sed debet ad episcopum ipsam mittere.

¶ Vigessimus nonus est de illo vel illa qui vel que oporūit filios suos studiosē vel negligenter.

¶ Trigesimus est in eo qui committit sacrilegium vel incendium.

¶ Trigesimus primus est in illo qui committit crimen falsi/ siue in litteris siue testimonium commissum/ et quod dico de litteris intelligo non papalibus quia ille casus est papalis.

¶ Trigesimus secundus est in illo qui violat ecclesiam ⁊ libertates ⁊ immunitates earum.

¶ Trigesimus tertius est in eo qui committit peccatū contra naturam/ ut puta si vir virum cognoscit vel huiusmodi vel etiam si vir vtitur membro mulieris ad hoc nō concessio.

¶ Trigesimus quartus est in illo qui committit incestum ut si cognoscat consanguineam personam.

¶ Trigesimus quintus est in illo qui est periturus licet aliqui volunt illum extendere de periturio pueri/ qui est infra sacros ordines.

¶ Trigesimus sextus est de illo clerico qui cognouit illam quam baptizauit vel illam cuius confessionem audiuit.

¶ Trigesimus septimus est de illo qui est excommunicatus ab episcopo qui non potest absolui per aliquem inferiorem clericum.

¶ Trigesimus octauus est in illo qui est usurarius publicus.

Modus

¶ Trigesimus nomen est in illo qui celebrat missam in altari non consecrato vel si celebrat sine sacris indumentis vel ornamentis vel si celebrat non ieiunus.

¶ Quadragesimus est in illo qui non restituit ablato vel subtracta vel alia illicita acquisita.

¶ Sciendum quod si eps cōmittat alicui sacerdoti vires suas in casibus in quibus eps ipse habet potestatem talis sacerdos potest suam iurisdictionem exercere in omnibus casibus preter quinqz qui sequuntur.

¶ Primus est ubi penitentia solennis est imponenda.

¶ Secundus est quia sacerdos non potest absolvere ab excommunicatione in casu in quo eps posuit limitationem nisi specialiter ei committat.

¶ Tertius est ubicunqz inuenerit irregularitatem contractam tunc enim debet eum remittere ad episcopum vel ordinarium.

¶ Quartus est de incendiarijs.


¶ Quintus est si de consuetudine alicuius diocesis q̄ certa crimina ad episcopum remittantur.

Impressum Cracouię per Hieronymum

Vietorem. Anno domini.

M. D. XLI.

in
me
ata
vi
em
om
da.
as
coo
ona
em
e e



Cim 117

Konserwację papieru i oprawę wykonano
w Oddziale Konserwacji Biblioteki
Jagiellońskiej.

czerwiec - sierpień 1981

Biblioteka Jagiellońska



stdr0034858

